



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Caput I. Ad tit. Cap. III. & IX. de officio Judicis ordinarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

CAPUT I.

Ad tit. Cap. III. & IX. de officio Judicis ordinarii.

S U M M A R I A.

- | | |
|------------------------|-----------------------------------|
| 1. Rubricæ restitutio. | 5. Novempopulania. |
| 2. Judices ordinarii. | 6. Caput 9. non ad Turon. sed Ty- |
| 3. Capit. 3. b. t. | rensem Archiepisc. rescribi- |
| 4. Capit. 7. | tur. |

Rubrica hujus tituli in primâ collectione ita habet: *De Rubrica re officio & potestate Prælati & judicis ordinarii. Judices statutio.* ordinarii dicuntur, qui in ordinem & numerum judicum *Judices ora sunt assumti, & per adeptionem dignitatis suæ sunt com dinarii.* petentes judices. Vel, ut Alciatus, qui propriam Jurisdictionem habent à lege sibi delatam circa universitatem negociorum.

In cap. 3. vers. Quapropter &c. Ita habetur in primâ colle- *Cap. 3. b. t.* ctione: *Quapropter d. v. per A. f. m. qua.* (discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus) *si quando dilectus filius noster Lan. Plebannus S. Pancratii de Lucar.*

In cap. 7. Innocentius III. rescribit Auxitano Archiepisco- *Cap. 7.* po. Is est metropolitanus Aquitaniæ III. seu Novempopulaniæ, *Novempo pulania.* Ammianus lib. 15. *Novempopolos Ausci commendant & Vasates.* Postea Vasconia curta dicta est, ad differentiam Aquitaniæ II. quæ & ipsa Vasconia dici cœpit. Auscii, Ausci Cæsari & Plinio, vulgo Aux, inde Auscensis & Auxitanus. Jubet autem Papa coercere monachos ejus provinciæ, qui claustrum abhorrentes per curias Principum discurrebant.

In cap. IX. scribitur Turonensi Archiepiscopo, si Raymundo *Cap. 9. non credimus. Sed in primâ compilatione & apud Innocentium i ad Turon.* pfum libro primo Regesti habetur Tyrensi. Quæ lectio vera est. Conqueritur enim Archiepiscopus adversus Patriarcham Hiero- *sed Tyrensem Archiepisc.* solymitanum, quod is compelleret subditos Tyrensis coram se re- spondere, præterito suo Archiepiscopo. Qualis querela Turo- *rescribitur.*

nensi minimè convenit. Quid enim ei cum Hierosolymitano? Archiepiscopus Tyrius olim primum locum obtinuit inter Metropolitanos Antiocheno Patriarchæ subditos: Sed ex quo Syria à Latinis Saracenis ademta fuerat, Patriarchatui Hierosolymitano salvo gradus honore accessit, ut habet Guilielmus Tyrius lib. 14.
cap. 12.

C A P. II.

Ad cap. X. de officio Jud. ord.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|------------------------------|
| 1. Status questionis. | 4. Fine seculi XII. ademtum. |
| 2. Ratio dubitandi. | 5. Justin. Novellæ. |
| 3. Clerus & populus intererant electioni. | 6. Ratio decidendi, |
| | 7. Id illustratur exemplis. |

Status que-

Ratio dubi-

tandi.

Clerus &
populus in-
tererant

electioni.

Fine seculi

xii. ademtū.

Justin. No-

velle.

Ratio deci-

dendi.

Id illustri-

nur exēplis.

Interrogabatur Innocentius, utrum posset consecrationem sui suffraganei alteri committere. Quod affirmat, Ratio dubitandi:

Quia Metropolitanus est confirmare, ergo & consecrare.

Confirmatio electionis ad Metropolitanum spectat & Episcopos comprovinciales saltem tres. can. 4. synodi Nicenæ. can. Episcopi. dist. 64. can. Episcopus. dist. 65. reliquis per literas consentientibus. Clerum & populum suffragatos fuisse, & Episcopos eodem tempore judicium tulisse, testatur Cyprianus de Sabino Episcopo scribens lib. 1. epist. 4. Post concilium Nicenum clerus & populus intererat electionibus. In occidente diutius jus electorum mansit clero & populo. Fine demum seculi XII. paulatim horum jus ad Canonicos migravit Ecclesiarum cathedralium.

quod confirmarunt plurimæ Pontificum constitutiones. Justinianus Imperator, formam electionum Nov. 123. & 137. ita præscribit, ut clerici & cives honorati trium personarum electionis velle.

decretem scripto facere teneantur & ad Metropolitanum mittere,

ut unus e tribus eligatur. Ratio decidendi, quod si Metropolitanus causâ aliquâ sotnicâ impediatur, nō impeditur per canones,

quo minus possit id mandare suffraganeo. can. Comprovinciales.

6423c